



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pvgnā Spiritvalis

Scupoli, Lorenzo

[S.l.], 1599

VD16 S 5184

Cap XXIX. De sensibili deuotione, & contraria animi ariditate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)

ista omnia, & his multò du-
riora passus est.



CAPVT XXVIII.

*De sensibili deuotione, & contra-
ria ariditate ac derelictione
fidelis animæ.*

Sensibilis deuotio quando-
que oritur à naturali incli-
natione ad eam: quandoque
à diabolo: aliàs ex D E O.
A quo autem horum potissi-
mùm proueniat, ex fructibus
eius cognoscendum est. Si e-
nim inde non permoueris ad
vitæ tuæ emendationem; me-
ritò dubitabis ànne ex diabo-

*Causa
sensi-
bilis de-
uotio-
nis.*

K 2 lo,

nec
pium
sed
er,
vo-
mni
is &
fus:
i ad-
oni-
cha,
cta,
ctil-
e co-
no-
uus,
mi

lo, an verò ex naturali tua inclinatione orta sit: & quò maiorem ea in te suauitatem conciliat, hoc amplior erit dubitandi ratio vnde nam orta sit.

Cùm ergò sentis animum tuum spirituali dulcedine repleri: ne disputes vnde profecta sit: sed nec eidem inhæreas, ac nullatenus ab agnitione propriæ tuæ vilitatis desistas: sed cor tuum ab omni eo cui adhærescit, vehementi spiritu abstrahas: nihilque aliud desideres vnquam, nisi solum Deum eiusque diuinum beneplacitum. Ita fiet vt momentaneæ istæ dulcedines te non
deci-

decipiant, & si vel à naturali inclinatione, aut à diabolo ortæ sint, vertantur tibi in gratiam, vtilitatemque non parua afferant.

Ariditas quoque seu desolatio animæ oritur aut ex naturali defectu nostro, aut à diabolo, aut à Deo. Et à diabolo quidem immittitur, vt animam reddat tepidam, frigidamque, & à spiritualibus exercitijs abstractam, ad quærenda terrena solatia abducatur. Ex nobisipsis oritur aut propter peccatorum admissorum meritum, aut ob tædium spiritualium exercitiorum. Denique

*Cause
ariditatis anime.*

K 3 im-

immittitur à Deo , vt per eam
 nos excitet ad maiorem dili-
 gentiam in spiritualibus exer-
 citijs , & à curis atque negoti-
 is, quæ non aut ad ipsum
 Deum , aut ad ea , quæ nos in
 ipsum dirigunt , referantur,
 absterreat: Indeque nos sibi
 arctius vniat, pariterq; instru-
 at nec in spiritualibus quidem
 gaudijs si eueniunt quiescen-
 dum, neque ea appetenda, sed
 ex solo nos ipsius beneplacito
 pendere, viuereque debere.
 sicut ille qui dixit: Dominus
 dedit, Dominus abstulit: sicut
 Domino placuit, ita factum
 est.

Iob I.

Cura

Cùm senseris ergò huiusmodi ariditatem animi tui, excita mentem tuam ad disquisitionem causæ, vnde ea eueniat. Cognita causa, adhibe prædicta arma, & pugna aduersus eam: non tamen eo proposito vt sensibile illam gratiã denuò recuperes: sed vt abs te remoueas quicquid oculis diuinæ Maiestatis displicet.

Adhæc sedulò cures, vt ne in ariditate ista animæ tuæ, solita tua exercitia pietatis intermittas, sed maiori etiam diligentia prosequi contendas. Et quanquam tibi videaris frustra laborare, tamen animo

tranquillo ac prompto bibas
hūc calicem desolationis tuæ.
Si etiam is vsque adeò crassis
fecibus turbatæ mentis permi-
xtus sit, vt quo te omninò ver-
tas, planè ignores: nihilomi-
nus alacriter perseuera solita-
rius atque desertus sub cruce
sancta: nec quære gaudium ex-
terius, tametsi tibi à toto mū-
do, vel quacunque creatura
offeratur. Celare enim de-
bes hanc crucem tuam omnes
homines, præterquam tuum
Patrem spiritualement, cui eam
fideliter detegas; non tamen
vt ab eo aliquod impetres so-
latium, sed vt te doceat, quid
in

in hac tua ariditate facias iuxta beneplacitum Dei.

Porrò nec sacra Communionem, nec Orationem, neque alio quocunque spirituali exercitio hac intentione utaris, ut in aduersitatibus tuis aliquã mitigationem aut consolationem accipias: sed duntaxat eò, ut robur spiritûs à Deo accipias, ut crucem tuam hanc patienter sustinere possis. Et si quandoque ob mentis turbationem aut distractionem, nõ poteris commodè intellectu tuo uti ad meditationes; tantũ habeas ac conserues in te voluntatem bonam id faciendi:

K s &

& adhibe superius notatas iaculatorias oratiunculas, seu repentinas eleuationes mentis in Deum.

Patētia afflictionum optima oratio.

Vtilius tamen tibi est, hanc crucem aridæ mentis cum humilitate & multa patientia sufferre. Quicquid enim feceris aut sustinueris pro hōore Dei, optima apud ipsum oratio est. Sed & in hoc verè deuot^o eris: quoniam vera deuotio nihil est aliud, quàm cor promptū, Christum Dominum nostrū, imposita humeris nostris sancta cruce, sequendi quocunque, & quacunque via voluerit: ita vt Deum solū habeat

at pro Deo: & quandoq; Deo,
propter Deum renuntiet.

Si ergo homines, præser-
tim Religiosi & mulieres, suã
in vita spirituali ac pia deuoti-
one profectum, iuxta hanc re-
gulam (& non iuxta sensibile
deuotionem, in quam prope
omne studium ponunt) exa-
minarent; haud dubiè nõ tam
ingrati, sine omni vtilitate ab-
uterentur sensibili deuotione
ac dulcedine, quã Deº ipsis
propterea largitus est, vt ma-
iori zelo deinceps se dederent
suæ diuinæ voluntati, qui tan-
tummodo propter salutẽ no-
strum operatus est vniuersa.

K 6 Quam-

*Cetera
pusillanimes.*

Quamobrem plurimi seip-
sos decipiunt, qui cum ab im-
puris, abominabilibusque co-
gitationibus obruuntur, pro-
tinus pusillanimes fiunt, gra-
uiterque sibi timent, tanquam
à Deo derelicti: arbitantes
impossibile esse ut Deus cum
suo spiritu in mente sic turba-
ta & obnubilata habitet. Atque
in his cogitationibus semet ipsa
inuoluunt, ut paulatim in gra-
uem suipsorum displicentiã,
ac quandam velut desperatio-
nem incidant. Quod cum in-
tra se deprehendunt, confestim
ad solitas accurrunt exercita-
tiones, ut quietam mentem
re-

recuperent. Sed nesciunt se in hoc esse ingratos Deo, qui huiusmodi turbationes in ipsis ideo fieri permittit, ut ad agnitionem propriæ vilitatis permouerentur: indeque ut miseræ, fragiles, desolatæ creaturæ, ad ipsum gloriosissimum Dominum Deum, conditorẽ suum ardentius, diligentiusq; confugerent.

Itaque, fili, in huiusmodi aduersitate constitutus, hoc solum facitò: meditare de tua ipsius vilitate, in eaque meditatione teipsum humilia, tuosque prauos affectus intimè considera. Hos namque Deus

Remedia in hac aduersitate.

K 7 in

in te esse permisit, vt digno-
sceres quàm proclius ex te
ipso sis ad omne genus vitio-
rum: quodque sine diuina cu-
stodia, auxilio, defensione, cō-
tinuè ijsdem profundius im-
mergaris.

Deinde quoq, apud te ipsū
concipe spem bonam ac fidu-
ciam in Dominum Deum tu-
um; eò quod videas ac sentias,
ipsum solū permisisse te labi
in hanc grauem aduersitatem,
vt occasionem acciperes ad
ipsum per humilem inuocati-
onem, orationemque appro-
pinquandi. Propterea & ipsi
mox gratias agito pro huius-
modi

modi perturbationibus: habeasq; pro certo, prauas quasque cogitationes citius depelli mansueta patientia, quàm sollicito studio eas repellendi.



CAPVT XXIX.

Quòd ad extirpandos prauos affectus non sit efficacior medicina, quàm digna sumptio sanctissimi Sacramenti Eucharistiae.

Sacrofanctum Sacramentum Eucharistiae, seu Communionis, varias ob causas à deuotis Christianis sumitur. Si